PRECATIO

Dominica in ſeptem portiones di
ſtributa per. D. ERAS
MVM. ROT. Auctorm. damnatum

PARAPHRASIS IN TERTIVM
pſalmum Domine quid multiplica-
ti ſunt. Eodem authore.

Eiuſdem ΔΙΑΤΡΙΒΗ ſiue Collatio de Li
bero arbitrio.

Compluti in Aedibus Michaelis de Eguia
Anno. M.D.XXV.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO patri & illuſtriſſ. princip. D. Alphonſo de Fonſeca Archiepiſcopo Toletano Hiſpaniarũ primati. Michael de Eguia Typographus Compluteñ. S.

DIogenem: aiunt: propugnãtibus vrbem ciuibus: & pro ſe quiſq; (vt fit) ſatagentibus: ne in cõmuni tu=multu ſolus ceſſare videretur: doliũ ſuũ cœpiſſe ſurſum deorſum magno niſu volutare. Haud ſecus ipſe/occupa=tis municipibus noſtris in celebrando expectati aduent? tui ſpectaculo/ne vn? prorſus deſiderem: prelum meũ tibi verſare cœpi Princeps illuſtriſſime: vnde tibi munuſculi quippiã chartacei adornarẽ: quo Amplitudinẽ tuã ad nos auſpicato venientẽ/obuius exciperẽ. Atq; vtinã ea eſſet prelorũ apud noſtros fœcũditas: vt inepte facere videret̃/quiſquis alienos labores ſolo ĩpreſſionis titulo prĩcipib? nũcuparet. Nũc qm̃ neſcio quo Hiſpanię nr̃ę fato accidit: vt ĩ typographicis officinis vulgares cãtiũculę nõnũq; etiã obſcœnę: & inepti rhythmuli: aut his etiã indoctiores libri/aſſidue operas exerceant: nõ oĩno abſurde facere viſus ſum: ſi tibi ſelecti qppiã cuderẽ quod ſpeciminis vice eſſe queat eorũ: q̃ aſpirãte. R.D.T. fauore domus noſtra poſſet emittere. Quem autem potius autorem deligerem/q̃ Eraſmum: qui noua quadam felicitate eruditionem cum pietate multis ſeculis diſſidentes conciliauit? ex Eraſmi vero lucubrationibus/quid magis Pontificem decebat/q̃ vtriuſq; teſtamenti deguſtatio? Precationẽ igitur dominicam/& Dauidici pſalmi tertii Paraphraſin: ex Eraſ=micis laboribus. D.T.R. nuncupaui: exiguum ſane munus ſed qđ te ad cętera Eraſmi magno cũ fructu cognoſcẽda valeat incitare. Qđ ſi contingat: tũ vere me dices Crœſi tibi diui=tias obtuliſſe. Forſitan aũt: ſi amplitudini tuę conat? nr̃i placuerint: ei? auſpiciis & nr̃a opa Cõplutũ tua optimos libros emittet: ne eos ſemp peregre ĩuectos: velut indicas merces expectent eruditi. Vale preſul digniſſime: & nos reſpice.

DES, ERASMVS ROTERODAMVS

Iodoco Ludouico Vuiſſemburgenſi ſereniſſimi Poloniç regis à ſecretis, & oratori

S. D.

NON abs re multis iam ſeculis Mimo illi applauditur, vir abſolutiſſime: Rogãdo cogit, qui rogat potẽtior. Verũ is haud ſcio, an in quenquã magis cõpetat quàm in te, qui tã eruditę epiſtolę, mun⁹ tã elegãs addideris, id'qꝫ ſic è lõginquo miſſum, vt recuſare nõ liceret, niſi voluiſſem abiicere. Quid autẽ nõ dicã à me, qui ſum pl⁹ ſatis expugnabilis, ſed à quantũuis etiã difficili, nõ extorqueat talis epiſtola, tot machinis ad expugnãdum animũ inſtructa, blãdiciis petax, argumẽtis vrgẽs, eruditione perſtringẽs, eloquẽtia rapiẽs: ſed nulla re violẽtior, qꝫ mira quadã & amabili modeſtia, quę tãtũ apđ me valet, vt nõ ſolũ hãc rẽ & facilẽ & piam, verũ etiã aliquid iniqui⁹ impetrare potuerit. Mox igitur vt tuæ mihi redditę ſunt literę, redditę ſunt autẽ ſerius, hoc eſt, ſub Calẽdas Septẽbres, arrepto calamo pręſtiti qđ volebas. Erit hoc qualecũqꝫ & noſtrę amicitię, & meę erga Polonicã, aut ſi priſco vocabulo magis caperis, Sarmaticã gentẽ, beneuolentię felix auſpiciũ. Gẽti gratulor, quę quũ olim ob barbariẽ male audierit, nũc & literis, & legibus, & moribus, & religione, & ſi quid aliud eſt, qđ à Barbariei probro vindicet, ſic floreat, vt cum pręcipuis ac laudatiſſimis nationibus certare

PRECATIO DOMINICA digeſta in ſeptem parteis, iuxta ſeptem dies, per. D. Eraſmum Roterodamum.

¶ Pater.

VDI PATER in cœlis habitans vota filiorum tuorum, corpore quidem hoc mortali adhuc in terris hærentium, cæterum animis ad cœleſtem patriã, ac domum paternam anhelantium, vbi intelligunt ſibi repoſitum theſaurum æternæ felicitatis, hæreditatem vitæ immortalis. Agnoſcimus tuam ſublimitatẽ, conditor, ſeruator, ac moderator omnium, quæ in coelis ſunt, & quæ in terris: agnoſcimus noſtram humilitatem. Nec auderemus te patris vocabulo compellare, indigni qui ſerui dicamur tui: nec honorificentiſſimum nomen filiorum nobis vindicare, quo nec angelos tuos dignatus

DIE DOMINICO.

PARAPHRASIS IN PSALMVM TERTIVM PER D. ERAS. ROTEROD.

ERASMVS ROTEROD. MELchiori Viandalo Theologo S. D.

COMMODVM abſolueram Paraphraſim in Acta apoſtolorum Viandale chariſſime, nec poſt id temporis ſuſpicabar quenquam exoriturum, qui me de paraphraſi foret interpellaturus. Et ecce redditur velut ex inſidiis tua epiſtola, quę mihi ſecuritatem hanc excuteret, nullum non mouens lapidem quo mihi perſuadeat, vt quod in nouum teſtamentum feciſſem, idē facerem in pſalmos myſticos. Quam hic inſtructam argumentorum aciem adducis, quo me, ſi perſuadere nequeas, vel cogas in tuam ſententiam. Dum dextrum admoues cornu, quas non laudes in me congeris? Eſt autem imprimis violenta res, quamuis blanda, laudatio. Tu tamen ita laudas, vt contendas mihi perſuadere, omnia eſſe veriſſima, vt inficias

ire

DE LIBERO ARBITRIO ΔΙΑΤΡΙΒΗ, SIVE COLLATIO

D. ERASMI ROTEROD.

Aduerſus impium Lutheri dogma.

Primum legito, deinde iudicato.

batur. Nec me licet ſenem vel pudebit, vel pigebit à iuuene diſcere, ſi quis cum Euangelica mãſuetudine doceat euidentiora. Hic audiam ſat ſcio: Diſcat Eraſmus Chriſtum, & valere iubeat humanam prudentiam: hęc nullus intelligit, niſi qui ſpiritum habet dei. Si nondũ intelligo quid ſit Chriſtus, nimirum hactenus procul aberratum eſt à ſcopo. Quanq́ illud lubens didicero, quem ſpiritũ habuerint tot doctores ac populi Chriſtiani, namq probabile eſt, populum idem ſenſiſſe quod docebant Epiſcopi, annis iam mille trecentis, qui hoc non intellexerunt. CONTVLI, penes alios eſto iudicium.

De libero arbitrio Διατριβῆς ſiue collationis per D. Eraſmum Roterodamum Finis.